

1849

H O M I L E T I C I.

1850

beatissimi christi martyris laurentii festiuitate &c.

Item in nat. sancti laurenti in die. Nisi granum frumenti cadens in terram &c. Job. 12. Hom. Saluator noster fratres dilectissimi discipulorum animos ad passionis suae sectanda uestigia &c.

Habet praeterea venerandus ceterum hic Codex illud incommodi, quod compactoris vitio turbata sint folia.

DCCLXVII.

R. 3349 Codex membraneus lat. Sec. XIII. Folior. 56. 8. min. luculentè et eleganter exaratus, minioque distinctus continet Sermones VIII. qui sunt: *Sermo in aduentu domini. Init: Propitia Diuinitate karissimi iam adueniunt dies &c. Alius Sermo. Nempe in Adventu. Init: Sanctam et desiderabilem et gloriosam ac singularem sollempnitatem &c. Sermo in Natiuitate domini. Init: Audistis fratres quemadmodum nobis beatus euangelista &c. Sermo in Epyphania domini. Init: Sollempnitas hodiernæ diei ab apparitione nomen accepit &c. Sermo in Purificatione S. Mariæ. Init: Purificationem beatæ uirginis hodie celebramus, que secundum legem &c. Sermo in Annuntiatione S. Mariæ. Init: Descendens angelus de celo missus a patre deo &c. Sermo de cruce et passione domini. Init: Magnum est sacramentum crucis, nec est aliquid hoc sacramento sanctius &c. Sermo de Resurrectione domini. Init: Non queo*

cupio, ore proferre &c. Ex omnibus his solum secundum, olim Augustino tributum, reperi a Maurianis in Append. T. V. repositum, ubi inter Caesarianos est n. CXVI. sed neque reliqui merito his inferiores sunt.

DCCLXVIII.

Codex membraneus germ. R. 2056 Sec. XIII. Folior. nunc. 43. 4. *Homiliarium* est, non una manu, probe tamen exaratum et rubricis distinctum, cuius Sermones ita, ut se excipiunt, indicabo: *In Pascha. In Octava Paschæ. In Romanâ Letania. Philippi et Jacobi. Des Crucis (Inven. Crucis). In Circumcisione domini. In epyphania domini nostri. Dom. in Septuagesima. Sermo in Quadragesima. In annunciat. domini. In septuagesima. In Sexagesima. In Quinquagesima. Feria Quarta in capite Ieiunii. Dominica in Quadragesima. Dom. in Quadrag. II. Dom. III. in Quadrag. In media Quadrag. Domin. Dom. in passione domini. Dominica in palmis. In Adventu. Fides Katholica cum Indulgentia, et Commemoratione uiuorum et defunctorum. De S. Andrea. De S. Nycolao. In Natiuitate. Stephani. Sermo habitus 4. Julii. De S. Margareta. De Poenitentia Theophili Vicedomini. Dom. III. post Pentec. Dom. IV. Dom. V. Hic abrumpitur Codex, qui, ut ex hoc Indice patet, temere compactus est, et pluribus hinc inde foliis multatus, quod, cum propter observationes quasdam liturgicas, tum pro-*